

UNIVERSITÉ CATHOLIQUE DE LUBLIN

INSTITUT DE LA CULTURE MÉDIÉVALE

3

KATOLICKI UNIWERSYTET LUBELSKI

MIEDZYWYDZIAŁOWY ZAKŁAD
HISTORII KULTURY W ŚREDNIOWIECZU

3

X 204-33

ACTA MEDIAEVALIA

TOME III

Rédigés par
Marian Kurdziałek
Marian Rechowicz
Stefan Świeżawski
Walenty Wójcik

ACTA MEDIAEVALIA

TOM III

Pod redakcją
Mariana Kurdziałka
Mariana Rechowicza
Stefana Świeżawskiego
Walentego Wójcika

LUBLIN 1978
SOCIÉTÉ DES LETTRES ET DES SCIENCES
DE L'UNIVERSITÉ CATHOLIQUE DE LUBLIN

LUBLIN 1978
TOWARZYSTWO NAUKOWE
KATOLICKIEGO UNIWERSYTETU LUBELSKIEGO

ANONIMOWE TEKSTY Z AUTOGRAFU JANA Z KĘT (BJ 2372)

Spośród autografów św. Jana Kantego zachował się między innymi rękopis znajdujący się w Bibliotece Jagiellońskiej, oznaczony sygnaturą 2372. Podobnie jak inne autografy Jana z Kęt (por. np. rkps BJ 325) kodeks BJ 2372 jest zbiorem niewielkich traktatów teologicznych, kazań, mów uniwersyteckich i wszelkiego rodzaju not. W większości wypadków św. Jan Kanty podaje dość dokładne dane dotyczące autorstwa przepisywanych przez siebie traktatów i kazań. Niektóre jednak teksty zamieszcza anonimowo. W związku z tym rodzi się przypuszczenie, że niektóre z owych anonimowych tekstów w rękopisie BJ 2372 pochodzą od niego, zwłaszcza iż w większości są to teksty o charakterze not i zapisków pisanych na gorąco pod wpływem studiowanej lektury czy z okazji obchodzonych świąt i uroczystości. Podjęto więc w niniejszej pracy trud nad edycją owych anonimowych tekstów, wychodząc z założenia, że mogą one być przydatne badaczom interesującym się bliżej postacią i twórczością św. Jana Kantego, szczególnie po ostatnim odkryciu, jakiego dokonał w Rzymie prof. Zathay, odnajdując zagubione tam w r. 1728, w związku z kanonizacją św. Jana Kantego, rękopisy.

Pracę niniejszą podjęto w Międzywydziałowym Zakładzie Historii Kultury w Średniowieczu KUL, dla uczczenia 500 rocznicy śmierci św. Jana Kantego.

W edycji zastosowano znaki używane przez Instytut Historii Filozofii i Socjologii PAN w wydawnictwach o zbliżonym charakterze. Ortografia i interpunkcja są modernizowane. Edycja zawiera identyfikacje większości cytatów i przytoczeń występujących w tekście.

Znaki stosowane w edycji:

- > = incipit
< = explicit
<> = addendum
>< = omittendum
(?) = lectio dubia
non inv. = non invenitur

MONUMENTA GERMANIAE
HISTORICA
Bibliothek

RĘKOPIS BJ 2372

Varii Tractatus Theologici. Quaestiones et sermones, scripti manu b. Joannis Cantii. Łac., 1. poł. XV w., pap. Występujące w tym rękopisie znaki wodne są podobne do tych, jakie F. Piekosiński podaje pod numerami 965 i 867. Wskazują one na to, że papier rękopisu wyprodukowano w latach 1419-1434. Rękopis zawiera 236 kart pap. + 2 perg., na początku i na końcu, littera cursiva textualis, oprawa z XV w., deski bukowe w skórze. W rękopisie znajdują się ozdoby koloru czerwonego¹.

- 1r Incipit Regula clericorum sancti patris nostri Augustini. Lectio prima dominica die etc. Ante omnia, fratres karissimi, Deus diligatur, deinde proximus <et in temptatione non inducatur. Amen.
5v Quod ante prioribus clericis> <sive superscriptione praeponeret etc.
6r Incipit glossa super regulam sancti patris nostri Augustini, confessoris et pontificis. Haec praecepta, quae subscripta sunt> <doleat de praeterito, caveat de futuro, oret ut debitum dimittatur et in temptatione <non> inducatur. Amen.
41r Frater Hugo de sancto Victore> <misericorditer cooperante asgitudini diversorum vitorum in quibus.
41v Czysa.
42r Talmuth. Talmuth est doctrina Iudeorum et dividitur in quattuor libros>
43r Obiectio christiani.>
46v Quaestiones.>
49r Disputatio contra iudeos.>
51v De planctu iudeorum, qui Christum crucifixerunt.>
51v Expositio Danielis.>
53v De adventu Christi.>
54r Item iudei obiciunt.>
54r Quod de virgine natus sit Christus.>
54v Quod autem iste puer sit Deus et homo.>
56v Quod iudei propter invidiam Christum occiderunt.>
56v De gloria Christi.>
56v Quod propter peccata nostra sustinuit, sed quod sponte se ad mortem abstulit.>
57r Quandocumque loqueris cum iudeo de passione Domini.>

¹ Pewne informacje na temat rkps BJ 2372 podają: H. Barycz, *Andrzej z Kokorzyna*. W: *Polski słownik biograficzny* T. 1. Z. 1. Kraków 1935 s. 107b; J. Fijałek, *Studia do dziejów Uniwersytetu Krakowskiego i jego Wydziału teologicznego w XV w.*, „Rozprawy Wydziału Filozoficznego PAU” 14:1898 ser. 2 s. 129; M. Hornowska, H. Zdzitowiecka-Jasieńska, *Zbiory rękopiśmienne w Polsce średniowiecznej*. Warszawa 1947 s. 120; M. Kowalczyk, *Krakowskie mowy uniwersyteckie z pierwszej połowy XV w.* Wrocław 1970 s. 30; M. Markowski, *Poglądy filozoficzne Andrzeja z Kokorzyna*, „Studia Mediowistyczne” 6:1964 s. 79 n.; tenże c. *Mikołaj z Kozłowa*, „Materiały i Studia” 5:1965 s. 109 n.; R. M. Zawadzki, *Lektura naukowa św. Jana Kantego*, „Analecta Cracoviensia” 3:1971 s. 405-422.

- 57r Quod etiam inter duos latrones suscensus est.>
 57r Quod autem per mortem suam nos salvavit.>
 57v De ascensione Christi.>
 58v Quod variis linguis loquebantur apostoli.>
 58v Quod iudei, qui Christum occiderunt, videbunt eum iudicem venturum.>
 58v Quod per mortem Christi iudei desolati sunt.>
 59r Gratiam baptismi Dominus per Ezechielem praedixit.>
 59r Hoc testimonium prohibet Iosephus Johanni Baptistae.>
 59v De cruce Christi quam iudei derident.>
 59v Crux Christi praefigurata est multis.>
 60r De mutatione legis veteris in novam.>
 61r Descriptio Christi².

Legitur in Annalibus libris Romanorum, quod Dominus noster Iesus Christus, qui dictus fuit a gentibus propheta veritatis, staturae fuit procerae, mediocris et spectabilis, vultum habens venerabilem, quem possent intuentes et diligere et formidare; capillos habens coloris nucis avellanae praematurae, planos fere usque ad aures, ab auribus circinnos crispas, cerulei coloris et aliquantulum fulgentes, ab humeris ventilantes, discrimen habens in medio capitis, iuxta morem Nazaraenorum, frontem planam et serenissimam, sine ruga et macula, quam rubor moderatus venustavit; nasi et oris nulla prorsus reprehensio; barbam habens copiosam, capillis capitis concolorem, non longam, sed in mento parum bifurcatam; aspectum simplicem et maturum, oculis claris et glaucis, existentibus. In increpatione fuerit terribilis, in communicatione blandus et amabilis, hilaris servata gravitate. Aliquando flevit sed numquam risit; in statura corporis propagatus et rectus, brachia et manus eius visu delectabiles, colloquio gravis, rarus et modestus, et totus desiderabilis ita ut merito secundum prophetiam Davidi diceretur: „Speciosus forma prae filiis hominum”³, „Ipse enim est

² Jest to fragment tzw. *Listu Lentulusa*, który cieszył się olbrzymim zainteresowaniem na Zachodzie w XIV-XV w., a podawał się za list wystany do senatu rzymskiego przez zmyślonego, oczywiście, poprzednika Piłata, zwanego Lentulusem. Dobschütz (*Christusbilder*. Leipzig s. 319. Texte und Untersuchungen N.F. III 18) podaje następującą wersję tego fragmentu: „Apparuit temporibus istis et adhuc est homo (si fas est hominem dicere) magnae virtutis nominatus Iesus Christus, qui dicitur a gentibus propheta veritatis, quem eius discipuli vocant filium Dei, suscitans mortuos et sanans (omnes) languores, homo quidem statura procerus mediocris et spectabilis, vultum habens venerabilem, quem possent intuentes diligere et formidare, capillos habens coloris nucis avellanae praematurae, planos fere usque ad aures, ab auribus (vero) circinnos crispas, aliquantulum ceruliores et fulgentiores, ab humeris ventilantes, discrimen habens in medio capitis, iuxta morem Nazaraenorum, frontem planam et serenissimam, cum facie sine ruga et macula (aliqua), quam rubor (moderatus) venustat; nasi et oris nulla prorsus (est) reprehensio; barbam habens copiosam capillis concolorem, non longam, sed in mento (medio) parum bifurcatam; aspectum habens simplicem et maturum, oculis glaucis variis et claris existentibus; in increpatione terribilis, in admonitione blandiens et amabilis, hilaris servata gravitate; aliquando flevit, sed nunquam risit; in statura corporis propagatus et erectus, manus habens et brachia visu delectabilia, in colloquio gravis, rarus et modestus, ut merito secundum prophetam diceretur: „Speciosus inter filios hominum” (cyt. za: G. Ricciotti, *Życie Jezusa Chrystusa*. Warszawa 1955 s. 198).

³ Ps 44, 3.

rex gloriae”⁴, „In quem desiderant angeli prospicere”⁵, „Salvator mundi”⁶, „Auctor vitae”⁷, ipsi honor et gloria, imperium et potestas in saecula saeculorum. Amen.

- 61r De Virgine Maria. Didicit Dei Genitrix hebraicas litteras >delectabatur Maria quando tradidit spiritum Filio suo LXXII annorum erat. Praedicta scripsit Jeronimus in quadam epistola ad Chromatium et Heliodorum et est descriptus modus vivendi Mariae. Deo gratias etc.

63r De salutatione Mariae notandum: Quaedam salutationes inveniuntur optativae salutis: Regum. VIII⁸ — „Salve rex”, quaedam gratiae: Apostolus⁹ — „Gratia vobis et pax”; quaedam gaudii: Tobiae¹⁰ — „Gaudium tibi sit semper”; quaedam benedictionis: Verba (?) Ruth II¹¹ — „Et benedicat ibi Dominus”. Hac (?) autem <salutatio> Mariae ex omnibus conflata videtur, continet enim salutem cum dicitur: „Ave”; gratiam, cum dicitur: „Gratia plena”; gaudium, cum dicitur: „Dominus tecum”; et benedictionem, cum dicitur: „Benedicta tu in mulieribus”. In hac salutatione triplex praerogativa ostenditur Mariae, scilicet: Naturae (?), cum dicitur — „Ave”; Gratiae, cum dicitur — „Gratia plena”; Gloriam, cum dicitur — „Benedicta”. Notandum in salutatione sex: Primo — quam reverenter Beatam Virginem salutatur, cum dixit — „Ave gratia plena”; Secundo — quam excellenter commendat, dicens — „Benedicta tu”; Tertio — dulciter confortat, dicens — „Ne timeas Maria”; Quarto — quam diligenter legationem suam implevit — „Ecce concipies et paries”; Quinto — eleganter modum exponit (?), dicens — „Spiritus Sanctus super”; Sexto — quam convenienter (?) prolem nascituram describit, dicens: „Ideoque et, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius”. Angelus mittit ad Mariam propter cognationem virginitatis ad naturam angelicam. Et ideo, quia sicut ista fuit reparatio naturae humanae ita et ruinae angelicae; et tertio propter ordinem, quia ad Evam venit diabolus in serpente.

63v De timore. Notandum: Timor est multiplex, scilicet: Humanus, Naturalis, Servilis, Initialis et Filialis. Primi duo sunt vitia, ultimi duo sunt virtutes. Humanus timor est iste, quo quis a bono declinat ad malum ut vitet periculum corporale. Sic Petrus ne mortem intraret (?) vitam negavit. In metum fuerat, qui audivit a magistro: „Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt”¹². Mundanus timor est iste quo quis a bono declinat ad malum ut vitet incommodum vel damnum temporale. Sicut Herodes ne regnum amitteret, innocentes, volens regem Christum perdere, occidit trepidando illic timore: „Ubi non erat timor”, ut dicit psalmus¹³. Naturalis timor est

⁴ Ps 23, 10.

⁵ 1 P 1, 12.

⁶ J 4, 42.

⁷ Dz 3, 15.

⁸ 2 Krl 16, 16.

⁹ Rz 1, 7; 1 Kor 1, 2; Ga 1, 3; Ef 1, 2; Flp 1, 2; etc.

¹⁰ Tb 5, 11.

¹¹ Rt 2, 4.

¹² Mt 10, 28.

¹³ Ps 13, 5.

iste, quo quilibet homo naturaliter timet poenam sic et ipse Christus de quo legitur: „Caepit pavere et taedere”¹⁴, „Contristari et moestus esse”¹⁵. Servilis timor est iste, quo quis non amore iustitiae, sed formidine poenae cohibet manum, sed non animam a peccato, et de quo legitur: „Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem”¹⁶. Initialis timor est iste, quo quis declinat a malo partim formidine, partim amore iustitiae, de quo in psalmo: „Initium sapientiae est timor Domini intellectus bonus omnibus facientibus eum”¹⁷. Filialis timor est iste, quo quis declinat a malo tantum amore iustitiae, de quo legitur: „Timor Domini sanctus, permanens”¹⁸, et alibi: „Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos”¹⁹.

64r Volens ad communionem sanctam accedere digne. Notandum, quod sicut ad istum panem, de quo conficitur totus Christus, requiruntur VII, quorum si unum defuerit (?) reicitur, sic ad digne communicare volentem, requiruntur VII, quorum si uno caruerit — a communione remouetur (?).

Primum, quod talis panis sit candidus et mundus, sic accedens sit mundus, quod non habeat peccatum mortalem. Unde Isaias: „Mundamini, qui fertis vasa Domini”²⁰. Si ergo portantes debent esse mundi multo magis sumentes. Unde Oza, qui irreverenter tetigit arcam Domini, mortuus est²¹ et magis peccat, qui indigne accedit. Unde Johannes Baptista, in utero matris sanctificatus, timuit tangere Christi virtutem (?) — quomodo igitur immundus ausus est sumere hoc venerabile sacramentum?

Secundo requiritur, quod iste panis sit triticeus id est dulcis contra iram; triticum enim est dulce. Sic et homo volens accedere debet esse dulcis in amore Christi et mitis.

Tertio requiritur, quod sit tenuis contra gulosos et hoc fit per ieiunium et abstinentiam.

Quarto requiritur, quod iste panis non sit magnus, sic accedens debet esse non magnus, id est non superbus, quia talibus resistit Deus²².

Quinto, quod sit rotundus, scilicet accedens debet esse rotundus, id est non accidiosus, sed velox ut proficiat de virtute in virtutem, quia rotundus velociter currit (?). Psalmus: „Ibunt sancti de virtute in virtutem”²³. In accidiosus enim, qui est piger in servitio Dei, requiescit diabolus et habet hospitium in eo, quia vacuus est in omni bono, ergo accedens debet se exercere (?) in laboribus sanctis et operibus pectoris (?).

Sexto, quod sit sine fermento, sic accedens debet esse sine fermento invidiae. Unde diabolus propter invidiam seduxit primos parentes, quia invadebat eis de

¹⁴ Mk 14, 33.

¹⁵ Mt 26, 37.

¹⁶ 1 J 4, 18.

¹⁷ Ps 110, 10.

¹⁸ Ps 18, 10.

¹⁹ Ps 33, 12.

²⁰ Iz 52, 11.

²¹ 2 Kr 16, 6-7.

²² Jk 4, 6; 1 P 5, 5.

²³ Por. Ps 83, 8.

regno caelorum, quod ipse amisit; ideo adhuc impugnat homines; et Cain propter invidiam occidit Abel fratrem suum; et filii Jacob vendiderunt Ioseph; et Iudei Christum interfecerunt.

Septimo requiritur, quod sit panis azymus maxime, quod communicare volentes accedant, sicut filii Israel agnum typicum manducabant. Et de isto quaerere alibi.

64v Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam aeternam²⁴. Sanctus Johannes, qui hausit haustum sapientiae de fonte Dominici pectoris, dicit haec verba in Evangelio per quae notat, quod vere et absque dubio Christus est cibus saluberrimus per quem homo possidere potest vitam aeternam. Qui autem vult Corpus Domini digne sumere, debet quattuor in se considerare:

Primo: Ut sit carentia peccatorum, id est non sit in peccato, maxime mortali, vel in possibilitate faciendi peccatum. Unde Apostolus: „Probet autem seipsum homo”²⁵, id est examinet seipsum ut si cotidie peccat, non tamen mortaliter, abiciat ea de corde per poenitentiam. Et ambo, qui indigne Corpus Christi sumit idem est si Christum interficeret. Vae ergo illis, qui in mortalibus peccatis accedunt ad Sacrum Corpus eius, tantum peccant ac si Christum interficerent et hoc cum consensu perpetrarent. Unde Apostolus ad eorum: „Quicumque manducaverit panem hunc vel biberit calicem Domini indigne, reus erit Corporis et Sanguinis Domini”²⁶. Ab hoc autem peccato debet nos retrahere magnitudo periculi; diabolus enim maiorem potestatem accipit in eos, qui propter hoc, quod indigne sumunt. Unde Johannes dicit de Iuda traditore, quod post bucellam panis introivit in eum sathanas. Vae omnibus illis, qui malae conscientiae sunt et sordibus polluti vitiorum accedunt ad mensam Domini et de Corpore et Sanguine participant.

Exemplum: Sanctus Macharius vidit, quod quidem homines indigne accedebant et postquam Corpus Christi de manu sacerdotis recipiebant, vidit statim corpus ad altare reverti et ipsi mox subitanea morte extincti sunt, et vidit animas eorum in abissum Infernum demergi per daemones.

Secundo: Qui volunt digne Corpus Christi sumere, debent accedere cum vera fide; debent enim firmiter credere, quod sit verum Corpus Christi sub specie panis, et etiam hoc, quod in ara crucis passum est, nam secundum Augustinum — „De Fide ad Petrum”²⁷ — „Fides nihil aliud nisi credere, quod non vides in isto saeculo credimus ut postea in regno Dei cognoscamus”. Johannes: „Fides est omnium bonorum fundamentum et humanae salutis initium, sine qua nullus ad regnum caelorum potest pervenire”²⁸. Unde Gregorius: „Fides non habet meritum cui humana ratio praebet experimentum”²⁹. Igitur, qui manducare intendit, debet cum fiducia // ita, quod credat illud, quod sumit esse ve-

65r

²⁴ J 6, 55.

²⁵ 1 Kor 11, 28.

²⁶ 1 Kor 11, 27.

²⁷ Augustyn. In Joannis Evangelium. PL 35, 1690.

²⁸ Jan.

²⁹ Grzegorz Wielki. XL homiliarum in Evangelia. PL 76, 1197.

rum Deum et hominem (?). Exemplum: Quidam haereticus sumpsit Corpus Christi et in ore suo domum deportavit et alveum vel truncum apium proiecit dicens: Si tu es verus Deus prosperabor in mellificiis; qui tamen non credit eum esse Deum. Transactis autem multis diebus cum sacerdos istius civitatis, ad ecclesiam iret de mane, hora matutinali, audivit in isto orto dulcissimum angelorum cantum, et cum pluries hoc audisset, episcopo istius dioecesis declaravit. Episcopus vero quodam mane cum clero venerat ad scrutandum ubi voces dulcissimas audivit et interrogavit cuius ortus erat; si aliquis bonus homo ibi sepultus esset. Quia nullus scivit illum hospitem esse haereticum, respondit: nihil scio hic (?) bonum esse, unde vado vobiscum et si aliquid audiero vobis recitabo. Cum autem ille, et episcopus etiam, audissent cantum angelorum, sicut sacerdos dixerat, haereticus ad pedes episcopi procidit et sibi narrat. Veniam postulando et in Christum, et sacramentum credidit. Tunc episcopus cum populo civitatis, nudis pedibus venerunt illinc et apes illius trunci eis obviaverunt volando et iterum ante vexilla volabant conducendo et postea revertebant. Et cum episcopus aperuisset truncum, invenit, quod apes ex cera ecclesiam construxerunt et altare in quo Corpus Christi propositum erat. Episcopus Corpus Christi cum gaudio recipiens et cum reverentia deportavit. Et sic omnes haeretici istius civitatis fuerunt conversi.

Tertio: Qui vult Corpus Christi sumere, debet accedere cum cordis devotione, contritione, considerando quem sumat, quia Deum, qui creavit coelum et terram; scilicet illum, qui descendit de coelo ad terram quaerere et salvum facere volentem omnes qui proicerant (?); et illum, qui mortem amaram sustinuit in cruce pro nobis, de Virgine natus; etiam qui resurrexit et iam non moritur ut nos resurgentes a peccatis amplius habeamus velle non mori peccatum mortale; et illum, qui venturus est districte iudicaturus etiam vivos; et recipit illum, qui est vita et mors, vita aeterna bonis. Igitur dignum est, quod cum devotione accedat.

Exemplum: Duo seniores (?), in magna sanctitate existentes, quadam die inter se // pactum fecerunt, quod quicumque prius morietur, quod alteri infra unum mensem apparet.

Tandem unus mortuus Christum (?) apparuit. Interrogatus de valore respondit, quod nunquam ita bene habui sicut modo, quia sum in regno caelorum. Vivens socius dixit: Per quae hoc meruisti? Respondit: Quia semper ad sumendum Corpus Christi me cum devotione praeparavi, sed unum dico tibi, quando de hoc mundo migravi, tunc vidi milia hominum moriebantur et nullus eorum salvatus est nisi ego et alii tres. Et dum vivens socius miraretur respondit mortuus: Non mireris, quia multi increduli sunt.

Quarto: Qui Corpus Christi accipit debet cum diligentia susceptum retinere et se viriliter custodire a malis.

Exemplum: Si aliquis aliqui foetidum poneret in pixidem mundam vel in qua Corpus Christi esset — o quam (?) infidelis et malus esset! Sic ille infidelis est, qui Corpus Christi sumit in se et iterum peccata intromittit. Interrogo si magnum peccatum habet iste, qui Deo hospitium negaret, tunc certe maius peccatum est cum Eum ab hospitio repellit. Tales similes sunt illis Iudeis, qui

Christum cum palmis honorifice susceperunt et postea de civitate (?) eum turpiter eiecerunt. Item quantum peccatum habet iste, qui Christum in peccatis suscipit, patet per illud: psalmus: „Qui se a te elongant — >peribit< <peribunt>”³⁰.

Exemplum: Matrona quaedam nobilis et honesta erat, quae Corpus Christi recepit cum diligentia et saepe pro incredulitate vexabatur. Sanctus Gregorius eidem una dierum Corpus Christi porrexit dicens: Corpus Domini nostri Jesu custodiat animam tuam etc. Et mulier subrisit. Sanctus Gregorius ad effugendam mulieris incredulitatem oravit et animis (?) orare ferit (?). Mox hostia mutata est in carnem et sic mulier abhorruit et post orationem iterum factam caro ad pristinam formam rediit et matrona credidit et tunc eidem hostiam sanctam porrexit, quae mulier ad tantum fuit confirmata in fide, quod nunquam postea dubitavit.

66r Septem sensus eleemosynae.

Prima: Quam seipsi homo dat, ut quando pro seipso orat vel eleemosynam dat. Salomon: „Miserere animae tuae, placens Deo”³¹, „Qui sibi nequam [...] etc.”³².

Secunda est, quam ponimus super pedes Domini, scilicet cum dat hospitium pauperibus et peregrinis. Isaa: „Egenos vagosque induc in domum tuam”³³. Tunc Apostolus: „Hospitalitatem invicem sectantes”³⁴. Hoc est unguentum, quo Magdalena unxit pedes Jesu, id est pauperes, qui sunt quasi pedes Domini. Tertia: Ponitur in gremium Domini, scilicet cum datur leprosis, infirmis et captivis. Salomon: „Abscondite eleemosynam in sinu pauperis”³⁵.

Quarta eleemosyna: Ponitur in manus Domini, scilicet cum datum viduis, orphanis et aliis, quos (!) medicare pudet, maximum tamen defectum patientes et praecipue scilicet sunt amici pauperes. Isaa: „Carnem tuam ne despereris”³⁶, ait Dominus omnipotens.

Quinta: Ponitur supra cor Domini, scilicet cum homo dimittit iniurias illatas sibi verbis vel factis. Matthaeus: „Dimittite et dimittetur vobis”³⁷.

Sexta: Ponitur in os Domini ut omni, quis de rebus bene acquisitis ponit super altare in quo Corpus Christi consecratur et offertur pro salute vivorum et mortuorum vel quando datur sacerdotibus pauperibus vel ad calices et ad alia ornamenta ecclesiae vel pro fabrica. Apostolus: „Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei”³⁸, id est ad sacerdotes, qui sunt illuminatores et doctores fidei.

Septima — cum qua totus Christus pascitur, scilicet cum eleemosyna datur pro mortuis in purgatorio, qui extremam necessitatem perpatiantur. Machabeorum:

³⁰ Ps 72, 27.

³¹ Syr 30, 24.

³² Syr 14, 5.

³³ Iz 58, 7.

³⁴ Rz 12, 13.

³⁵ Por. Syr 29, 15.

³⁶ Iz 58, 7.

³⁷ Por. Mt 6, 14.

³⁸ Ga 6, 10.

„Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare”³⁹. Matthaeus: „Date eleemosynam et omnia munda >sint< <sunt> vobis”⁴⁰. Thobias dixit: „Peccata cum eleemosynis redime”⁴¹. Bernhardus: „Eleemosyna, data in vita, est lucerna, quae animam illuminat, ne cadat in tenebras exteriores aeternas”⁴². Isidorus: „Homo, si ieiunas in hoc mundo, non differs a diabolo, quia ipse non comedit; si vigilas, in hoc non discrepas a daemone, quia numquam dormit; si continens es — ille numquam coit; si silentium tenes — ille etiam verbis numquam defluit; in hoc maxime superas diabolum si eleemosynis operam praestas”⁴³. Bernhardus: „Frustra manu orans ad Deum expandit, qui eas posse suo ad sublevandum pauperi non extendit”⁴⁴.

De quinque panibus hordeaceis.

Notandum: Quilibet homo, qui ambulat in solitudine huius mundi, debet habere quinque panes hordeaceos cum quibus reficitur anima spiritualiter.

Primus panis: Lacrima compunctionis, Iste panis est tam dulcis animae peccatoris, quod etiam tantum ignem in anima — peccatrice accendit, quod mare non posset extinguere post mortem in poenis.

Secundus: Auditio Verbi Dei. Nam non solo pane, scilicet materiali, vivat homo, sed in omni verbo⁴⁵, et Deut.⁴⁶ Boni servant sermonem diligenter sicut cibum carnis, nam sicut cibis confortat corpus sic Verbum Dei animam, quia non in solo pane vivit.

Tertius: Oratio devota. Job: „Antequam comedam suspiro”⁴⁷ — id est doleo de peccatis commissis, quia vis doloris orationis devotae est tamquam cibus suavis sic, quod iram Dei mitigat; de qua quaere alibi.

Quartus panis est eleemosyna de iuste acquisitis, quae non permittit animam ire in tenebras.

Quintus panis est poenitentia, quam peccator libenter sustinere debet pro suis delictis. Bernhardus: „Esto promptus ad poenitentiam sicut fuisti promptus ad culpam”⁴⁸. Et habitis vel acquisitis et elaboratis istis panibus anima omnia fortius in spirituali exercitia operatur devotius enim orat.

In hoc volumine habentur haec: Primo Regula ad canonicos directa, Regula s. Augustini seu tractatus ad canonicos⁴⁹.

Capitulum 40 in Vita Christi primae partis. Notandum, quod miraculorum operatio quinque pervenit ex merito invocantis <sed bene post tres vel quatuor columnas.

³⁹ 1 Mch 12, 46.

⁴⁰ Ek 11, 41.

⁴¹ Dn 4, 24.

⁴² Non inv.

⁴³ Non inv.

⁴⁴ Non inv.

⁴⁵ Mt 4, 4.

⁴⁶ Pwt 8, 3.

⁴⁷ Job 3, 24.

⁴⁸ Non inv.

⁴⁹ Por. W. Wisłocki. *Katalog rękopisów Biblioteki Uniwersytetu Jagiellońskiego*. T. 2. Kraków 1877-1881 nr 2372.

Post in eodem capitulo, scilicet XL. Sunt enim tria genera aedificantium <esse iudicem de praemiis (?) atque supplicii; haec Chrisostomus.

„Longe est Dominus ab impiis”, Prov. XX.⁵⁰

Sicut ait Hugo⁵¹, „De Archa Noe”, in prohemio: „Similiter etiam pagani et infideles quique in regno Dei esse dicuntur, eo quod ipse omne, quod condidit per divinitatis suae potentiam, tenet et regit”. Si ut idem ait: „Falsi fideles in domo Dei esse videntur hoc est in ecclesia, eo quod omnibus, quos ad fidem vocavit, sacramentorum suorum participationem credit; si veri fideles et iusti nedum in domo eius sunt, sed etiam ipsi domus eius sunt, eo quod eos per dilectionem inhabitans possidet et regit. Omnesque in domo <eius> sumus per conditionem, qua creavit nos; in domo eius sumus propter fidem qua vocavit nos, omnesque in domo eius; sumus per dilectionem, qua iustificavit nos secundum ipsum”. Quomodo — longe est Dominus ab impiis — testimonio Salomonis perhibetur. Sed revera, ut ait Bernhardus — „Super Missus est”: „Deus aequaliter et indifferenter ubique praesto est, divinae utique praesentiae maiestatis et magnitudine virtutis suae, gratiae tamen exhibitione sive inhabitatione quibusdam (?) longe quibusdam (?) prope esse dicitur angelorum dumtaxat et hominum”⁵²; haec iste. Sicque quantum distat ira Dei a gratia, aut quantum distat ortus ab occidente, sic et amplius a peccatoribus salus. Longeque est Dominus ab impiis, praeterea si ut ait Pafnucius in „Collationibus Patrum”: „Credere inconcussa fide nos convenit nihil sine Deo prorsus in hoc mundo geri, aut enim voluntate eius aut permissione agi universa fatendum est ut scilicet: Quae bona sunt voluntate Dei perfecti (?) auxilioque credantur; quae contraria — sunt permissa, cum pro nequitia aut duritia cordis nostri deserens (?) nos divina protectio, diabolum nobis vel ignominiosas nobis corporis passionibus patitur dominari”⁵³; haec iste. Profecto, cum Deus per suam potentiam absolutam cordis nostri duritiam emollire; aut ignominiosas corporis passiones, quibus sathanae subiciuntur, submovere; aut errores vel haereses de medio populi auferre <possit>, nec illud facit, quomodo possit esse longe, est mirandum. Sed nimirum iusto iudicio suo desertus duos corde deserit et iustum est ut res, // quas condidit, sic regat ut earum leges non infringat. Sicque quia tales, et maxime haeretici, Deum per libertatem arbitrii a se proiecerunt, non mirum, quod de malo cotidie cadunt in peius ut constat, quod longe est Dominus ab impiis. Ex quibus possunt citari (?) tria documenta: Primum, quod quamvis Deus praesto est malis per suae maiestatis amplitudinem, longe tamen est ab eis per gratiam. Secundum, licet errores et haereses a Deo permissae arguant irae Dei magnitudinem, iustis tamen et electis proficiunt dum ipsarum exercent patientiam vel conferunt occasionaliter ad sapientiam quibus annectitur (?) licet ex praemissis (?) formaliter non sequatur. Tertium docu-

⁵⁰ Prz 15, 29. Kazanie: „Longe est Dominus ab impiis” istnieje w innych także odpisach. Por. BJ 2014 k. 313 i BJ 1272 k. 93. Powyższą informację zawdzięczamy uprzejmości pani dr M. Kowalczyk.

⁵¹ Hugo od św. Wiktora. *De Arca Noe morali*. PL 176, 621.

⁵² Por. Bernard z Clairvaux. *Super „Missus est” homiliae* (hom. III). PL 183, 72-74.

⁵³ Non inv.

mentum, haereses et errores ortum habentes ab hiis, qui plus sapiunt quam oportet, nequaquam corrumpere multitudinem, si potentum non haberent defensionem. Dixi primo quamvis Deus praesens sit malis per suae maiestatis amplitudinem, longe tamen est ab eis per gratiam, quod sic patet, nam (?) cum nullo modo possit aliquis bonum aliquod efficere nisi ipso cooperante et efficiente, ipso dicente: „Sine me nihil potestis facere”⁵⁴; nec aliquis potest deficere vel peccare, aut haeresi incidere nisi ipso iusto deserente (?). Iuste (?) autem deserit (?), quia desertus est, et iustum est ut sic se res habeant, quas condidit ut eos proprios motus agere sinat, nullus miretur si homo duri cordis vel superbi et de se praesumens, cadit in haeresim vel in errorem, quoniam hoc non permittit Deus, qui praesto est malis nisi iuste, concessit enim ei liberum arbitrium et ante ipsum posuit vitam et mortem⁵⁵ ut quod mallet acceptaret (?), indidit sibi potentiam bonum eligendi et malum reprobandi ut inspirationes bonas et salubres admittendi, suggestionesque inimici respueret quatenus monita salutis recipiendo et sequendo – salvaretur, respiciendo vero et apostatando – a Deo dampnaretur. Quapropter non possunt haeretici de Deo conquiri suis voluntatibus derelicti et in sensum reprobum dati, quod Deus se ab eis per gratiam elongavit, hoc enim facit sibi iustitia sua sibi nota, non enim Deus malis hominibus, ut salvet eos, tamquam debitor obligatur, nam, ut ait Gregorius XXXIII *Moralium*⁵⁶, // quod – „Nemo <ergo> Deum <meritis> praevenit, ut eum tenere quasi debitorem possit; sed miro modo aequus omnium conditor, et quosdam praelegit, et quosdam in suis pravis actibus derelinquit. Nec tamen electis suis pietatem sine iustitia exhibet, quia hic eos duris afflictionibus premit; nec rursus reprobis iustitiam sine misericordia exercet, quia hic aequanimiter tolerat quos quandoque in perpetuum dampnat”; haec ipse. Sic Bohemiam a principio, gentilitatis errore abductam, Deus quandocumque voluit ut ad fidei lucem assurgeret, per misericordiam visitavit, quam tamen, quod lugendum est, cum de datis sibi donis intumuit et de eisdem (?) ingrata fuit haeresibus et erroribus venerari et obtenebrari fecit. Per praesens (?) quidem dederat Deus primam viam ei, videlicet beatam Ludmilam et post hoc posuit in ea, tamquam flumina in deserto, beatum Wenceslaum et Adalbertum, Procopium a quibus dum sanctae praedicationis flumina ceteri perceperunt vitae opera et doctorinae verba germinarunt. Impletumque fuit in ea illud propheticum: „In cubilibus in quibus dracones <prius> habitabant oriatur viror calami et iunci”⁵⁷. „Quid enim per calamum nisi sacra universitas, doctores et⁵⁸ praedicatores; quid per iuncum, qui iuxta aquam semper in humore nascitur nisi pusilli et teneri auditores sacri eloquii designatur? In draconum ergo cubilibus, secundum Gregoris XXIX *Moralium*⁵⁹, viror calami et iunci oritur, quia in eis populis quos antiquus possidebat hostis, et doc-

⁵⁴J 15, 5.

⁵⁵Por. Pwt 30, 19.

⁵⁶Grzegorz Wielki. *Moralium libri*. Lib. XXXIII cap. XXI. PL 76, 698-700.

⁵⁷Iz 35, 7.

⁵⁸Słowa: „Sacra universitas, doctores et” – dodane do tekstu Grzegorza Wielkiego.

⁵⁹Grzegorz Wielki. *Moralium libri*. Lib. XXIX cap. XXVI. PL 76, 506.

torum scientia, et auditorum obedientia designatur”. Secundum ipsum haec autem omnia in Urbe Pragensi (?) de regno Bohemiae facta sunt. Nam est alibi remotis draconibus studium Sacrae Scripturae et iunci – multorum se in studio et virtutibus exercentium – sunt exorti, hodie vero saltant ibi daemones, ericius nidificat et sirenes; hodie Praga in regnis incolyta, caput Regni Bohemorum, impleta est pro dolor draconibus; struthiones (strutiones?) et pilosi in ea demorantur; habitant ululae in aedibus eius et sirenes in delubris eius, eo quod Dominus immiscuit in medio habitatorum spiritum vertiginis et errare permisit eos, relictosque caecitate percussit pro magna parte // ita ut credant se dignos caelo, qui draconibus, hoc est daemonibus per haereses subiecti, nisi digne poeniteant, districto reservantur tormento.

O Praga! Ultra regna multa temporis tui elevata. O Bohemia! Imperiali quondam et regali titulo decorata. Libet plangere quo abiit gloria tua, quomodo ablata est magnificentia tua, qualiter deformata est sponsitas tua. Tu enim fide prae multis rutilantior, tu ordinata divino ministerio prae multis solempnior, tu varietate ministrorum prae multis spectabilior, tu militibus et armigeris prae multis fortior, tu in pinguedine terrae et rerum habundantia prae aliis copiosior. In te requievit doctorum sapientia, magistrorum scientia, prudentium emanarunt de te consilia; ad te ab oriente, ab occidente et aliis mundi partibus diversi recurrebant; omnes de tua gloria praedicabant; omnes magnificentiam et decorem mirabantur. Quomodo ergo obstructa est gloria tua, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii, ecclesiae tuae dirutae sunt, sanctorum reliquiae auro et argento decoratae, pollutae et confractae sunt. Religiones sanctae foedatae et exinanitae sunt. Aurum tuum versum est in storiā, vinum tuum mixtum est aqua. Olim habundavit in te iustitia, nunc autem homicidia. Cur dolore memorando dies iocunditatis et laetitiae, dies in quibus „dies diei eructabat verbum, et nox nocti indicat scientiam”⁶⁰, non plangis? Considera ubi es, quomodo prostrata et foeda manes. Quaeso ergo tibi compatiens – aufer dracones de medio Babilonis, delubra consurge et sirenes >consurge< <confuge>. Si (?) forsan Deus per misericordiam suam restituat iudices ut fuerunt et consiliarios sicut antiquitus. Et (?) quia pericula vicinorum datam (?) cautelam scilicet Poloniae futurorum ab hiis Polonia absteineat, propter quae reatus in vitiosos descendit, de parato sibi tempore pacis provideat, moreque Ninivitarum ad evadendum pericula poenitentiam agat. Alioquin, si mala malis accumulent, quomodo gratiam in oculis Domini, ad feriendum dexteram suam extendentis, inveniāt, cum longe sit Dominus ab impiis. // Dixi primo, quod licet haereses et errores a Deo permissi arguant Dei magnitudinem, iustis tamen et electis proficiunt dum ipsorum exercent patientiam vel conferunt occasionaliter ad sapientiam. Prima pars sic potest ostendi. Numquid enim non est irae Dei evidens argumentum, quia nostris temporibus, plus quam aliis, antiquus hostis ecclesiae, contra eam ipso quasi dormiente dentibus suis crudelibus infremuit et de die in diem plus fremit ipsam, quae terribilibus oculis intuetur dum per quosdam crudelia exerceat et per alios

⁶⁰Ps 18, 3.

quae et qualiter exerceat provideat. Dentes quippe ipsius hostis sunt bonorum persecutores atque carnifices, qui eius membra laniant dum electas (?) illius (?) suis persecutionibus affligunt et infestant. Oculi vero eius sunt magistri erroris et haeresiarchae seu malorum inventores et auctores, qui contra ecclesiam sanctam provident mala quae fiunt, suisque consiliariis persecutorum eius crudelitas inflammant. Unde Job, in persona ecclesiae loquens, sic inquit de hoste diabolo: „Infremuit contra me dentibus suis; hostis meus et terribilibus oculis me intuitus est”⁶¹, quod tractans Gregorius libro „Moralium” XIII, sic ait: „Antiquus adversarius ecclesiae fremit contra eam dentibus suis, dum per crudeles reprobos <in ea> insequitur vitam bonorum. Intuetur hanc terribilibus oculis, qui pravorum consiliis non cessat mala exquirere, in quibus hanc super deterius affligat”⁶²; haec ille. Verumtamen, ut ponit pars secunda huius documenti — iustis et electis, et nedum persecutiones, sed etiam errores et haereses a Deo Divinae Sapientiae magisterio veniunt in profectum. „Oportet enim, ut dicit Apostolus Prima Corinth. XI, haereses esse, quia in hoc fides clarificatur et probatae fidei exinde sunt manifesti”⁶³. Quod verbum Apostoli tractans, Augustinus⁶⁴ sic inquit: „Omnes inimici ecclesiae, quia si accipiunt potestatem corporaliter afficiendo, exercent eius patientiam; si vero male sentiendo adversentur, exercent eius sapientiam. Ab adversario enim quaestio (?) meta (?) discendi est occasio, et si etiam scandala eveniunt, non deordinatur ex hoc ecclesia; sed vae per quem evenit; haec ipse.

71v Ecce quomodo diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, sic et malis induratis, et praesertim haereticis, omnia veniunt in dampnum. Sic iustis // haereticorum persecutio venit in fructum. Sic haereticis persequentibus libertas sentiendi (!) venit in perpetuum lamentum et luctum; sic iustus flagellatur ad gloriam, iniustus stomachatur contra iustum ad poenam. Unde Gregorius, XXI Moralium⁶⁵, tractans illud Job⁶⁶: „Numquid non est perditio iniquo”, sic incipit: „Transitorio verbere affliguntur electi ut a pravitate flagella corrigant, quos paterna pietas ad haereditatem servat. Nunc et enim flagellatur iustus et verbere disciplinae corrigitur, quia ad haereditatis aeternae patrimonium prae- paratur. In suis autem voluptatibus relaxatur iniustus, quia tanto ei bona temporalia suppetunt, quanto aeterna denegantur. Iniustus ad debitam mortem currens, effrenatis voluptatibus utitur, quia et vituli qui mactandi sunt in liberis pastibus relinquuntur. At contra iustus a delectationis transitoriae iocunditate restringitur, quia et nimirum vitulus ad laboris usum deputatus sub iugo retinetur. Negantur electis <in> hac vita bona terrena, quia et aegris, quibus spes vivendi est, nequaquam a medico cuncta, quae appetunt conceduntur. Dantur autem reprobis bona, quae in hac vita appetunt, quia et desperatis aegris omne quod desiderant non negatur”; haec ipse. Perpendant igitur fideles

>quot< <quae sint> mala modernis haereticis, qui in maleficiis suis prosperantur, existunt reservata; quae et qualia iustis caesis, flammis exustis sint in coelis prae parata; talia revera, „quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit”⁶⁷, nec fideles propter prosperitatem haereticorum in fide infirmantur, quoniam quanto magis mali prosperantur tanto profundius sunt casuri. Sic tribus Benjamin contra tribus XI licet pessimo crimine fuit vitata bis in bello fuit prostrata, ultimo tamen paucis, propter memoriam relictis, fuit poenae deleta, iudic., penultimis et ultimis⁶⁸. Eo enim mali acrius in tormentis obruntur, quo altius in peccatis elewantur. Sed dicit Augustinus (?) — quid est, quod omnipotens Deus quos sibi caros in aeternum conspici vehementer quasi eos despiciens caedi, affligi et mortificari sinit. „Ecce praecursor Domini intra matris uterum spiritu prophetiae repletus, quo inter natos // mulierum nemo surrexit maior propheta et plusquam propheta, ab iniquis in carcerem mittitur et puellae saltu in capite truncatur, virque mirae et nimiae sanctitatis et vitae austerae pro risu turpium moritur [...] Quid est ergo, quod Johannes Dei vate laudatur et tamen verbis temulente saltatricis moritur. Quid est, quod omnipotens Deus sic vehementer in hoc saeculo despiciit, quos sublimiter ante saecula elegit. Sed revera, per hoc datur intelligi quid illinc sint passuri quos reprobis, si sic cruciat hic quos amat; aut quomodo in futuro et districto iudicio arguentur si sic illius vita praemittitur quae iudice Christo laudatur”. Sententia (?) est beati Gregoris, III Moralium⁶⁹. Perpendite quanta est districtitudo Divinae Iustitiae, quod nequaquam inulta peccata dimittit, sed ira Dei hoc internum a bonorum correctione inchoat ut in reprobis dampnatione requiescat. Hinc Petrus ait: „Tempus est ut iudicium de domo Dei incipiat”, ubi mox admirando subiunxit: „Si autem primum a nobis: quis finis illorum, qui non credunt Evangelio”⁷⁰. Non ergo mirum si nunc haeretici et reprobi voluntatum suarum desideria multa iniquitate perpetuant, ex ira quoque Divinae Iustitiae venit, quod in suis desideriis prosperantur tantoque amplius indurescunt et deteriores existunt quanto feliciores in peccando fiunt, et ob hoc de malo gradientes in peius et de peiori in pessimum et tandem in dampnum perpetuum. Laetantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis. Rident cum homicidia in catholicos committunt Deo sacratas basilicas evertunt; virgines et infantes ac presbyteros igne flagrante consumunt. Adest tamen ultor Dominus, sed differt in eorum exitium et sine fine mansurum tormentum, quod venit ex eo, quia deserti sunt et quia longe est Dominus ab impiis.

Dixi tertio, quod haereses et errores ortum habentes ab hiis, qui plus vel aliter sapiunt quam oportet, nequaquam corruerent multitudinem, si potentium non haberent defensam, „Magna enim est, ut ait Gregorius XXVI Moralium, potentia temporalis, // quae habet apud Deum meritum suum de bona administratione regiminis; nonnunquam tamen eo ipso, quo praeceminet ceteris, elatione

⁶¹ Job 16, 10.

⁶² Grzegorz Wielki. *Moralium libri*. Lib. XIII cap. X. PL 75, 1023.

⁶³ Por. I Kor. 11, 19.

⁶⁴ Augustyn. *De civitate Dei* (cap. 51). PL 41, 613.

⁶⁵ Grzegorz Wielki. *Moralium libri*. Lib. XXI cap. IV. PL 76, 193.

⁶⁶ Job 31, 3.

⁶⁷ I Kor. 2, 9.

⁶⁸ Sdz 20; 21.

⁶⁹ Grzegorz Wielki. *Moralium libri*. Lib. III cap. VII. PL 75, 603-604.

⁷⁰ I P 4, 17.

cogitationis intumescit; et dum ad usum cuncta subiacent, dum ad votum velociter iussa complentur, dum omnes subditi si qua bene gesta sunt laudibus efferunt, male autem gestis nulla auctoritate contradicunt, dum plerumque laudant etiam quod obiurgare debuerunt, seductus ab illis, quae infra subduntur, super se animus tollitur; et dum foris immenso favore circumdatur, intus veritate vacuatur⁷¹ haec iste. Ex quo patet, quod cum potentes potentia praecminent et inflantur, non mirum, quod frequenter non rationem sed sensum, non veritatem sed libitum, et maxime si personas odiunt, amplectuntur, tunc enim etiam si rectum ab illis, quos odiunt, audiunt, cum personae displiceant, nec recta quae proferunt placent. Sicque errores et haereses, eo quod eis suggeruntur placentia (?), non attento quid sit futurum, amplectuntur, sic propter odium personarum nonnunquam quod est iniustum praetenditur esse iustum et malum bonum. Cum igitur error vel haeresis suboritur, si fomentum non recipit tanquam vesania deridetur. Cum vero potestates mundi, quarum magis interest ut oritur scintilla haeresis ipsam non extinguunt, in ignem versam, et si volent extinguere, non valebunt. Dum enim poterant – nolebant, aut saltem negligebant, cum voluerint – non poterint; negligendo itaque extirpare haereses, erroribus et haeresibus potentes, et praesertim principes ecclesiastici et saeculares, videntur consentire. „Negligere enim, cum quis possit perturbare perversos, nihil aliud est quam fovere. Nec caret scrupulo societatis occultae, qui manifesto facinori desinit obviare”; LXXXIII distinctio⁷². „Erroris taliumque negligentia cedit in discrimen subditorum”, XL distinctio, „Si papa [...]”⁷³. Ad hoc siquidem sunt principes saeculi constituti ut ipsorum rigore ecclesiae adversarii conterantur. // Secundum Isidorum⁷⁴ XXVI, quaestio V, „Principes [...]”. Et ideo secundum ipsum: „Cognoscant principes saeculi soli Deo se debere rationem reddere propter ecclesiam, quam Christo tuendam suscipiunt. Nam sive augeatur pax et disciplina ecclesiae per fideles principes, sive salvatur. Ille ab eis rationem exigit, qui eorum potestati ecclesiam suam credidit”⁷⁵. Secundum eum ad hoc et principes ecclesiae ecclesiastici sunt positi ut evellant errores, dissipent haereses, aedificent fideles et plantent virtutes; qui si negligunt peccata subditorum corrigere sanguis omnium de manibus eorum requiretur. Idem quod idem quicquid et de officio (?) ordinis (?) irrefragabili (?). Si vero circa haereses inventi fuerint negligentes – deponuntur, de haeretici [...] „Excommunicamus [...]”, primo, capitulo ult. Ac ideo, si per negligentiam errores et haereses augmentum recipiunt amplius per defensam, dicit enim canon: „Qui peccantem defendit acris est arcendus quam ille, qui peccavit, XI quaestio III”⁷⁶, „Qui consentit [...]”. Et execrabile est non tueri quos quis suscepit tuendos et defendendos, LXXXVII distinctio⁷⁷. Irreligiosum ampliusque nocet, qui auctori-

⁷¹ Grzegorz Wielki. *Moralium libri*. Lib. XXVI cap. XXVI. PL 76, 374-375.

⁷² *Corpus iuris canonici*. Lipsiae 1879 pars prior (Decretum Magistri Gratiani); I pars dist. 83 col. 293 n.; II pars causa II cap. 55 col. 501.

⁷³ Tamże I pars dist. 40 cap. 6 col. 146.

⁷⁴ Tamże II pars causa 23 qu. 5 cap. 20 col. 936.

⁷⁵ Tamże col. 937.

⁷⁶ Tamże causa 11 qu. 3 cap. 100 col. 671.

⁷⁷ Por. tamże I pars dist. 88 cap. 5 col. 305.

tate vel potestate peccatum defendit de officiis delet (?), c. primo. Ubi glossa hinc Jeronimus⁷⁸ super Ezech. (Ozee?) inquit: „Ad christianum regem pertinet defensio fidei, divini cultus observatio et ampliatio, ratione suae unctionis, sicut ad episcopum et imperatorem, sicut ad papam immo (?) ratione executionis amplius, quia quod non potest papa ipse exequi tenetur. Quod autem regibus, principibus et potentibus imputetur, si errores et haereses tollere negligunt, et maxime si defendunt, vel iustitiam fidei impediunt, expresse Dominus loquitur per prophetam Ezechielem XXI ad Sedechiam, regem Juda, eidem imputando primo: destructionem sacerdotii, et secundo: destructionem regni; quae utique sibi non imputarentur nisi illorum reformatio et conservatio ad eum pertineret, ait enim:

73v

„Tu autem impiae et prophanae dux Israel, cuius veniet (!) dies in tempore tribulationis. Haec dicit Dominus omnipotens: Aufer cidarim (id est coronam pontificis), tolle coronam”⁷⁹. Revera – cidarim est capellum pontificis, corona regis, utriusque destructionem imputat Dominus regi. // Propter hoc Iudicum XVII scribitur, quod in diebus illis (quando eruperat simonia et idolatria) non erat rex in Israel⁸⁰, sed glossa ordinaria quae ait: „In diebus illis non erat rex Israel, qui scilicet haec mala cohiberet, quod non diceret (?) nisi cohibito daemonorum malorum ad regem pertineret. Itaque opus est ad extinguendos errores principes saeculi et ecclesiae ac potentes manum diligunt apponere ne forsitan quod Deus auferat utrique destruantur et ira Dei pariter involvantur; gravis est enim ira Agni, qui longe est ab impiis. Si manum vindicem extendat contra peccatores et ob hoc placandus est in tempore ut non destructionem ecclesiae atque regni, sed potius augmentum et ipsius gratiam in praesenti et in futuro aeternitatis gloriam mereamur, quam nobis ipse concedat Agnus Dei Christus Deus noster per saecula benedictus. Amen”.

74r

Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis remetietur vobis> 82r <mereamur in patria quam nobis concedat, qui sine fine regnat in saecula saeculorum. Amen. Pauli de Zator.

82v

<Sermo> Magistri Mathaei de Cracovia, quem fecit in Synodo Pragensi. Quid est quod dilectus meus in domo facit> 92r <domus huius habitationis nostrae dissoluta fuerit, domum non manu factam ingredi mereamur ad quam nos perducatur, qui sine fine vivit et regnat in saecula saeculorum Amen. Deo gratias.

92r

Lotarius (?), qui post Innocentius tertius, in libro „De miseria conditionis humanae” sic ait: Videt ergo tam bonus <latro> quam malus antequam egrediatur anima de corpore, Christum in cruce positum. Malus ad erubescitiam, bonus ad exultationem.

92r

Quidam philosophus, vestem seu coronam imperialem intuitus, dixit: Oh corona magis nobilis quam felix, si quis te oculo recto consideraret quantis curis et sollicitudinibus plena esses (?) ut te in terra iacentem levare vellet.

92r

Vanum est habere bursam vacuum pecunia et repletum superbia.

⁷⁸ Non inv.

⁷⁹ Ez 21, 25-26.

⁸⁰ Sdz 17, 6.

- 92r Quidam clericus in synodo episcoporum compulsus angustatus praedicare non modicum quid (?) nam digne posset coram tot ecclesiae praelatis praedicare, et dum in oratione iaceret diabolus, dixit: Quid angustiaris istis clericis praedicare? Dic eis istud et non aliud: *Princeps inferni principes salutem ecclesiae*. Laeti nos omnes eisdem referimus gratias, quia per eorum negligentiam ad nos totus divolvitur mundus, quia cum ipsis praelatis nobis eorum subditi pariter offeruntur. Invitus tibi quidem dico, sed altissimi iussione coactus.
- 92v Strona czysta.
- 93r In Coena Domini. Koslowsky. Quotiescunque manducabitis hoc facite in meam commemorationem. Verba sunt Apostoli dicta omnibus fidelibus> 95v <sed> modus manducandi spiritualis requirit quattuor, quae concurrunt in perfecta manducatione corporali.
- 96r-97r Karty czyste.
- 97v Sermo de credulitate circa Dominicam Resurrectionis. Koslowsky. Surrexit, scilicet ex mortuis, non est hic, scilicet in sepulcro> 104v <ad consentiendum haereticis, et finis earum superbia est. Cur ergo talia de eis cogitatis.
- 105r Quaestiones <alia manu> de Quodlibeto B. Thomae. Sanctus Thomas in suo quodlibeto> 130v <quae ratio plus valeat et similiter ad tertium in contrarium (?)>. Deo gratias.
- 131r Miserere mei Domine Fili David. <In marg.> Per Mgr An. de Buk. Mathaeus XX⁸¹ et secundum aliquarum ecclesiarum, et praesertim romanae ritum> 137r <haereditatis aeternae ordinavit ad quam haereditatem idem pontifex Christus Dominus noster nos perducatur, qui sine fine etc.
- 137v Paulus de Zator. Lavamini et mundi estote. Scribitur originaliter Isa I cap.⁸² et legitur in Evangelio> 150v <ad visionem et fructum beatificam pervenire ad quam nos perducere digne Christus Dei Filius per saecula benedictus. Amen.
- 151r „Venit iudicare terram”⁸³, scribit in psalmo piissimus misereator et misericors Dominus Deus totius consolationis. Ipse Deus Pater cernens, quod homo, quem ad sui ipsius formam formaverat, a statu felicitatis innocentiae propter peccatum inobedientiae accidit, nec ad vitam per se resurgere poterat, noluit in aeternum irasci, nec iram suam diutius extendi. Cogitavit cogitationes pacis et non afflictionis et quia ipse homo non habuit aliunde salvandi remedium, misit suum Unigenitum de secreto sui cordis, ut carnem assumeret de Virgine, verbumque caro fieret et hoc intraret in nobis ut sic inveterata inter Deum et hominem inimicitia, aurabili divinitatis et humanitatis copula reduci valeret ad concordiam ipsamque pacis foedera reformari. De illa ergo occulta habitatione Dei Filius ad nostrum publicum egressus desideratus cunctis gentibus descendens iam venit iudicare terram cum aequitate, tum rigorem hypocritarum et malorum vitia remordendo, tum per Spiritum Sanctum de veritate arguendo, tum duos corde versipelles incredulos et ceteros iniquos iusto suo iudicio finaliter

liter condemnando. Ecce vide qualiter venit iudicare terram. Unde Job: „Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum”⁸⁴. Mundus iste fallit multos et seducit, multis dampnationem inducit. Unde et beati sunt, qui blanditias eius et oblectamenta parvipendunt; qui vero ipsum commendant non ipsum, quod fallax est, recognoscunt; sed mali, quia mentes in delectationibus defigunt, eo quod nec praetermittit esse considerant, nec aeterna quaerunt, pro magno pensant, quod in creaturis inordinata refrigeria inveniunt, qui cum tristitiam interdum paciuntur latebras effugii (?) ineunt et ad voluptatem protinus carnalium desideriorum resurgunt, quos. ne interdum paupertas cruciat, divitiis animos suos demulcent et ne despectus proximorum eos deprimant sese dignitatibus exaltant. Si vero fastidio corporis atteruntur epularum diversitatibus nutriuntur. Si quo maestitiae pulsu quatiantur // mox per interposita locorum blandimenta relevantur et breviter tot habent effugia (?) quot sibi praeparant pro laetitia et pro refrigerio delectamenta, nec attendunt, quod ibi spiritus deficit ubi caro in blandimentis aut voluptatibus mundi et carnis requiescit. Non enim concordat psalterium cum citara, nec iura carnis cum iuribus spiritus conveniunt, „quoniam caro concupiscit adversus spiritum, spiritus adversus carnem. Haec enim sibi invicem adversantur”⁸⁵. Anima quippe divinis nutritur, caro mollior reficitur; carnem blanda refovent, hanc <animam> aspera exercent; caro delectationibus pascitur, spiritus amaritudinis vegetatur; carnem dura sauciant, spiritum mollia necant. Et hinc venit, cum mali benignitatem vitae non pensant, nec rebus caducis cum timore et gratiarum actione utuntur. Sic caecantur, ut caecam spem suam in rebus mundanis ponant et sic caecitate insensibili oculi ipsi (?) claudantur ut aeternae luci nullatenus intendunt, quo sit ut et si iam ipsos molestia corporis cruciat et vitam mors, virtutem — vitalis spiritus incidat. Ipsam (?) tamen nihilominus curare, qui mundi sunt, non cessant. Iamque eos ultor ad iudicium protrahit, ipsi tamen rebus transeuntibus occupati, nihil aliud cogitant nisi qualiter in hoc saeculo vivant, aut qualiter ipsorum (?) filii gloriosi appareant; quibus (?) istud venit mirabile, quod omnia tunc relinquendo quasi de possidentis disponunt, et hoc ideo, quia spes vivendi non frangitur etiam cum vita terminatur. Non enim congruit ut alios doceant et doctrinae perversae operationibus contradicant. Tantum quippe valet scientia sine vita quantum corpus sine anima. „Certe siquidem si non sit ignominia, (secundum Jeronimum in Micheam Prophetam) Jesum crucifixum, pauperem et esurientem fartis corporibus praedicare et ieiuniorum doctrinam, rubentes buccas, tumentiaque ora proferre?”⁸⁶, 34 distinctio, „Ecclesiae principes [...]”. An non sit reprehensibile de Lege Dei disputare et extra legem esse? Florere verbis et nunquam fructificare operibus? Ad pugnam hortari alios et nihil co-// gnovisse de pugna? Revera monstro similis est redarguere quempiam (?) de peccato in quo quis dum alterum iudicat seipsum condemnat. Ridiculum videtur dum mortuus vitam commendat, confractus per vitia ad gratiam reparat, concultatus libidine per sathan ad

⁸¹ Mt 20, 30-31.

⁸² Iz 1, 16.

⁸³ Ps 97, 9.

⁸⁴ Job 10, 19.

⁸⁵ Ga 5, 17.

⁸⁶ Hieronim. Commentariorum in Micheam. Lib. I cap. II. PL 25, 1172.

- gloriam regni coelestis invitat. Comminatur aliis incertitudinem (!) diei mortis, certitudinem (!) districti iudicii, immanitatem (!) aeterni supplicii — qui numquam Dei iudicia, quod sint abyssus multa, revolvit.
- 152v Strona czysta.
- 153r Nota. Nota: Si quis dicit: Cur Deus dederit dampnandis tam nobilia naturalia cum eis ista sint occasio dampnationis, scilicet: ingenia, voluntatem, pulcritudinem, divitias> 156r <est enim fidelis Deus, qui non patietur nos temptari super quod quam possumus, omnia enim subiecit sub pedibus nostris.
- 156r Et si quaeris propter quid istum mundum creavit Deus> 158r <traheris per hoc, quod beneficium Dei agnoscis et benevolentiam et affectum eius circa te etc.
- 158v Quaerit Galtherus in scripto super 4 Summarum (?) dist. XII (IX?) articulo ultimo, An Eucharistia possit dari historionibus? > 159r <et per se facere non poterant, sed ratione substantiae eius erant instrumentum; haec Galtherus super quarto dist. XII.
- 159v Sed an diaconus possit aliis ministrare sacramentum Eucharistiae? > 159v <Sanguis autem in calice datur et ideo manu non tangitur, unde potest per alium populo ministrari.
- 159v Sed an mus potest comedere sacramentum vel aliud brutum? > 160r <sed propter ipsum sacramentum, quod spectat ad fidem; haec verba (?) quae (?) supra.
- 160r Utrum ministerio daemonum animae in purgatorio puniuntur? > 160v <Et si dicitur per quid purgantur tales animae, dicitur quod nec ministerio bonorum nec malorum, sed igne materiali ut est instrumentum divinae iustitiae.
- 160v Sed an voluntarie sustinent illas poenas purgatorii? > 160v <et tamen liberatio eius multum desideratur.
- 160v Nota: Stantibus quinque conditionibus quilibet tenetur fratrem suum corrigere, quae est correctio fraternae caritatis non auctoritatis sub poena mortalis culpa vel venialis, si est de veniali.
- Prima: Circa scientiam peccati in fratre.
- Secunda: Quando est probabilis spes correctionis in fratre, sed si peior efficeretur, tunc non teneretur (?).
- Tertia: Quando frater peccat mortaliter vel saltem veniali, quod est propinquum mortali, vel simile illi, quia hoc praeceptum: „Si peccaverit in te frater tuus” etc. Mathaeus 18⁶⁷, datur de mortali, quod inferius (?): „Lucratus fueris fratrem tuum”⁶⁸. // >De fraterna correctione<
- 161r Quartum: Quando homo nescit aliquem, qui illum peccantem magis vel potius corripere debet nam si praelatus vel ei specialiter et familiarior esset, qui eum corripere, tunc non esset necesse nisi isti negligerent, et probabilior (?) scientem (?), quod isti eum non corrigerent.
- Quintum: Quando tempus magis congruum alio tempore non speratur, nam secundum Augustinum, id est „De Trinitate Dei”: „Si tempus magis congruum

⁶⁷Mt 18, 15.

⁶⁸Mt 18, 15.

expectatur, tunc non est occasio cupiditatis supersedere, sed consilium caritatis”⁶⁹.

Et si aliquae istarum conditionum deficiunt, tunc non tenetur corrigere fratrem, nec propter iniuriam nostram quo ad temporalia vel convitia debemus correctionibus supersedere si probabilior credimus fratrem emendari, sed possumus supersedere correctioni ipsius non propter iniuriam nostram, sed propter peccatum, quod iste incurrit nobis iniuriando. Illa intentio salvat nos. Et conclusio (?): Plus debemus diligere salutem proximi quam nostra temporalia secundum rectam rationem caritatis.

- 161r Beatus Jeronimus in Epistola ad Vigilantium scribit, quod autem asserit Vigilantius melius>
- 161v Sequitur Epistola Jeronimi ad Nepotianum, de vita clericorum>
- 169r Epistola Beati Jeronimi ad Heliodorum Episcopum exhortaria de contemptu mundi>
- 173r Jeronimus, Epistola 34 Pachomio et Oceano>
- 175r Epistola sancti Jeronimi ad Oceanum, de vita clericorum XXXV>
- 177v Jeronimus, Epistola ad Pammachium et Oceanum de libris Origenis et laude ipsius inter cetera sic dicit.>
- 178r Jeronimus in epistola XLVI ad Lucinium haereticum sic dicit inter cetera>
- 178v Jeronimus in epistola XXX ad Pammachium De optimo genere interpretandi>
- 178v Epistola Jeronimi 39 ad Marcum presbyterum super postulata fide>
- 179v Jeronimus ad Heliodorum de morte Nepotioni in epistola inter alia dicit>
- 180v Sequitur Epistola Beati Jeronimi ad Paulinum de peregrinatione seu institutione clericorum>
- 185r Sequitur Epistola Sancti Jeronimi Ad rusticum monachum>
- 193r Sequitur Epistola Jeronimi ad Eustochium filiam sanctae Paulae de virginitate>
- 212r Arenga ad suscipiendum legatum solemnem. Pro honore et debita susceptione huius magnifici> 212v <quam nostris temporibus concedat.
- 213r Kokorzin, <Sermo ad clerum> Ad alloquendum hanc congregationem sanctam verbum assumo istud> 219v <considerantes praemium, quod vobis ex tali exercitatione debetur, scilicet vita aeterna quam vobis prestare dignetur, qui sine fine vivit et regnat. Amen⁷⁰.
- 219v Sermo in recommendatione Hedvigis reginae. Locuturus verbum> 226r <nobis concedat Deus per saecula benedictus. Amen. Johannes Elgoth⁷¹.
- 226v Ad religiosos.
- „Intravit Iesus in quoddam castellum et mulier quaedam Martha nomine excepit illum in domum suam et huic erat soror nomine Maria”⁷². Dicit Bernardus: „Deus et Salvator noster semel et in uno loco visibiliter tunc temporis dignatus est operari hoc licet etiam nunc ubique terrarum in cordibus electo-

⁶⁹Non inv.

⁷⁰Markowski. *Poglądy filozoficzne Andrzeja*.

⁷¹Istnieje krytyczna edycja tego kazania. Patrz: M. Szafarkiewicz. *Jana Elgota mowa w rocznicę śmierci królowej Jadwigi*. W: *Acta mediaevalia*. T. 1. Lublin 1973 s. 107-134.

⁷²Lk 10, 38-39.

rum invisibiliter operatur. Ecce enim Evangelista loquente audivimus, quod in quoddam castellum intravit Iesus et mulier, quae Martha nomine, excepit illum in domo suo. Quid est castellum hoc nisi cor humanum, sed quia Deus, manens in carne, non frequentat domum Marthae propter ligna et lapides, ex quibus existit fabricata, sed propter familiam, quam diligebat, quae ibi existit congregata, scilicet: Lazarum, Martham et Mariam; sicut dicitur Johannes XI⁹³: Diligebat Iesus Martham et Mariam et Lazarum. Sic et castella cordium nostrorum non visitat Dominus, nec frequentat nisi eadem familia spiritualiter intellectam (?) in nobis fuerit congregata⁹⁴. Hinc dicit Bernardus: „Intrat <ergo> domum nostram Salvator, et visitat frequenter eam, quam Lazarus poenitens primo mundat, Martha fideliter disponit, Maria interna contemplatione ornat”⁹⁵. Ita videlicet ut humiliter Lazarus senciat de seipso et Martha misericorditer de proximo, Maria substantialiter (?) de Deo. Et sic videndum est, quod in istis tribus personis Lazarus habet personam compoentis (!), Martha formam bene proficientis, Maria formam contemplantis. Qui ergo domum in corde suo Deo parare desiderat, quam Dominus virtutum visitat frequenter, etiam habitat libenter, istarum trium personarum, scilicet: Lazari, Marthae et Mariae, in se officia transfiguret. In quacumque enim domo, sive materiali – ut in claustris, sive spirituali – ut in corde, haec tria officia bene ordinata fuerint, illam Deus visitat libenter et inhabitat frequenter. Dicit enim Bernardus de utraque domo: „Consideramus, fratres, quemadmodum in hac domo nostra haec tria tribuerit ordinatio caritatis: Lazaro – poenitentiam, Marthae – administrationem, Mariae – contemplationem. Habet haec simul quaecumque perfecta est anima; >ut< magis <tamen> >videtur< <videtur> haec singula ad singulos >dico fratres< // pertinere, ut alii recogitent annos suos in amaritudine animae suae tamquam vulnerati dormientes cum Lazaro in sepulcris. Alii dediti simul(?) sint fraternae administrationi. Alii vero vacent supernae contemplationi”⁹⁶. Haec Bernardus. Et quia omnis status claustralis in hiis tribus est inclusus ideo hos tres status, transcurrentes de singulis, aliqui(?) disseramus. Quod autem sic sit Bernardus dicit: „Quibus <enim> nulla credita est dispensatio aut nulla administratio comissa, >hoc< <his> omnino >fidendum est< <sedendum erit>, aut secus pedes <Iesu> >sedeant< cum Maria, aut <certe> cum Lazaro <intra> >inter< septa <sepulacri> >sepulcrorum< iaceant”⁹⁷, quam summam iterum replicat licet aliis verbis ita dicat: „Iterum dico, ne quis de ignorantia se excuset: Oportet te, frater, ut >quemadmodum ad fabricandam Arcam esse cum Noe< <quem de fabricanda seu regenda inter undas diluvii Noe Arca nihil spectat>, aut virum esse desideriorum, ut Daniel erat; aut tamen beato Job virum >esse< dolorum, et infirmitatem scientem”⁹⁸.

⁹³J 11, 5.

⁹⁴Por. Bernard z Clairvaux. In Assumptione B. V. Mariae (sermo II). PL 183, 417-418.

⁹⁵Tamže PL 183, 419-421.

⁹⁶Tamže (sermo III) PL 183, 422-423.

⁹⁷Tamže.

⁹⁸Tamže PL 183, 422-425.

Quaecumque autem anima hos tres status simul habet perfecta est in vita sua. Primus ergo status novitiorum est sive incipientium ne autem de novitiis dubitemus et hos solos reputemus novitios, qui primum nondum complenerunt in ordine annum. Is Bernardus describit nobis eos dicens: „Si XL annos in ordine fuisti et non profecisti, novitium te reputo. Sunt autem tria signa in quibus cognoscamus nos non profecisse et per consequens novitios nos adhuc esse, scilicet: Si nondum super peccatis accepimus consolationem; si non intravimus novam devotionem; si remissi sumus in amoris affectum vel fervorem”⁹⁹.

De primo dicit Bernardus: „Quamdiu super peccatis nostris in saeculo commissis remissionem non accepimus, in primo conversionis gradu stamus”¹⁰⁰.

De secundo idem dicit: „Suadeo vobis amicis meis reflectere pedem a violentia et a noxia recordatione viarum vestrarum et evadere planiora per itinera novae devotionis ut sereniorum memoriae beneficiorum Dei ut qui in vobis confundivum (?) in ipsius intuitu respiretis”¹⁰¹.

De tertio dicitur Apoc. II¹⁰²: „Habeo adversum te pauca quod caritatem tuam primam reliquisti”.

227v Qui ergo haec tria signa in se non invenerit adhuc novitium se reputet. Quid autem nobis sit talibus faciendum, in praedicto verbo Apoc. docemur, // cum ibidem subiungitur: „Memor esto >unum< <itaque>, unde excideris, et age poenitentiam, et prima opera fac”¹⁰³, quod est dicere, qui ex praedictis novitium reputet se quantacumque in oratione vel in ordine diu steterit agat poenitentiam et prima opera faciat, id est quae facere debuit cum novitiorum celam intravit, si non fecerimus accipiemus quod sequitur: „Sin autem, venio tibi, et movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi poenitentiam egeris”¹⁰⁴. Quicumque autem ex praedictis novitiis se reputet festinus ad poenitentiam properet, quam si peragere desiderat formam Lazari in se transfigurat. Quam formam nobis beatus Bernardus describit dicens: „Lazarus significat poenitentem debet esse inclusus, oneratus ligatus. Sic enim Lazarus iacuit in sepulcro, quia poenitens vere primo ingrediatur in seipsum tamquam in sepulcrum et intra semetipsum claudit se ibique ab omnibus occupationibus exterioribus exclusae statuat se ante se et faciat iudicium in corde suo facinusque (?)”¹⁰⁵. „recogitet annos suos in amaritudine animae suae”¹⁰⁶ dicens sibi illud, Jonae primo: „Quod <est> opus tuum? Quae terra tua? Vel ex quo populo es tu?”¹⁰⁷.

Quod et Bernardus¹⁰⁸ nos facere hortatur dicens: „Accedat homo ad tribunal

⁹⁹Non inv.

¹⁰⁰Non inv.

¹⁰¹Non inv.

¹⁰²Ap 2, 4.

¹⁰³Ap 2, 5.

¹⁰⁴Ap 2, 5.

¹⁰⁵Por. Bernard z Clairvaux. In Assumptione B. V. Mariae (sermo IV). PL 183, 425-426.

¹⁰⁶Por. Iz 38, 15.

¹⁰⁷Jon 1, 8.

¹⁰⁸Non inv.

mentis suae ut audiat causam praeteritae vitae suae; sedeat ratio iudicans; stet accusatrix conscientia; testis sit memoria; timor carnifex ne nihil (?) penitus dimittatur impunitum, hoc facere movemur Is. 26¹⁰⁹: „Popule meus intra cubacula tua, et claude super te ostia tua”, quod quanto secretius ingredimur tanto peccata clarius videmus. Sic enim dicitur Ezech. X¹¹⁰: „Abominationes tuae in medio tui”. Quis enim ad manum non habeat quantum peccata sua et si ita habet utique diiudicet semetipsum. Et si tunc adierit, quem in hiis offenderat aperte videt quia Deum. Et si ita ultra considerando itineraverit nisi durior sit adamante se scinditur ad poenitentiam cogitans quoque (?) tam multis et gravibus pium offenderit benefactorem. // Secundo debet esse ligatus cum Lazaro interius et exterius cum (?) funibus disciplinae et obedientiae, ne „tamquam canis reversus ad vomitum redeat ad peccata”¹¹¹. Continens se tam in sensibus quam in affectionibus actionibus (?) et etiam in omnibus corporis membris; nec aliquid faciat, quod iterum oporteat poenitere, nam ut ait Gregorius¹¹² haec est vera poenitentia: „Commissa deflere et ne deflenda iterum committamus”. De hac ligatura dicitur Ecclesiasticus¹¹³: „Vinculum illius est ligatura salutaris”.

Tertio: Novitius talis sepultus sive inclusus ligatus debet esse oneratus cum Lazaro gravem culpabilis conscientiae numquam promittens sibi remissionem criminum donec Dominus misertus sui dicat ei in spiritu: „Lazare veni foras”, infundens ei remissionem peccatorum. Unde Eccl. V¹¹⁴: „De propitiatu peccatorum noli esse sine motu [...] Et ne dicas: Miseratio Domini magna est multitudinis peccatorum meorum miserebitur”.

Secundus status officialium est designatus per officium Marthae. Et patet ordo, nemo enim digne gerit curam alterius, qui prius non gesserit curam sui. Hinc Bernardus¹¹⁵: A te tua consideratio inchoet ne frustra extenderis in alia, te neglecto (?) si sapiens os deest tibi ad sapientiam, si tibi non fueris sapiens. Audiant ergo officiales officium Marthae fideliter exequi cupientes, qua cautela oporteat eos dispensare si Dei regnum et gratiam ipsius cupiunt promereri. In omni dispensatione meritoria duo sunt necessaria; ut videlicet dispensator sit fidelis et prudens. Haec enim duo requirit Dominus, Lucis 16¹¹⁶, cum dicit: „Quis, putas, est fidelis et prudens”, et cetera. Haec autem fidelitas debet tripliciter exerceri, scilicet: Deum, ad proximum et ad seipsum.

Primo ad Deum ut in omni dispensatione per puram intentionem quaerat Dei gloriam, quod facere (?) movemur II Paralipomenon 19¹¹⁷: „Videte quid faciatis [...] et cum diligentia cuncta facite”. Cui consonat illud Lucis X¹¹⁸:

¹⁰⁹Is 26, 20.

¹¹⁰Ez 7, 4; 7, 9.

¹¹¹Por. Prz 26, 11.

¹¹²Por. Grzegorz Wielki. *XL homiliarum in Evangelia*. Lib. II. PL 76, 1256.

¹¹³Syr 6, 31.

¹¹⁴Syr 5, 5-6.

¹¹⁵Non inv.

¹¹⁶Lk 12, 42.

¹¹⁷2 Km 19, 6-7.

¹¹⁸Lk 10, 41-42.

„Martha, Martha, sollicita es et turbaris quando unum est necessarium”. Ac si dicat: Licet circa plurima occuparis // necessarium tamen est ut haec omnia in unum, scilicet Deum ordinentur. Hinc beatus Bernardus¹¹⁹: „Omnis creatura, et maxime rationalis debet suum principium imitari. Et quia Deus unus est de ipso dicente Moyse: „Audi Israel Deus unus est”¹²⁰; debemus et nos unum esse per imitationem virtutis, et unum cum proximis per vinculum dilectionis. Secundo: Debet esse fidelis proximo, ut omnia, quae ei ratione officii debet, fideliter exhibeat, timens in omnibus quibus poterit eorum murmurati (?) ut possit dici illud Danielis VI¹²¹: „Nullam causam suspicionis reperire poterant ei, eo quod fidelis esset, et omnis culpa et suspicio non invenirentur in eo”.

Tertio: Fidelis sibi ipsi; Deus enim nec sibi, nec proximo vult aliquod obsequium, quod cum nostro dampno debeat exhiberi. Hinc Eccl. 29¹²² dicitur: „Confirma verbum, id est sis quod vocaris, et fideliter age et inde omne invenies, quod necessarium est”. Si ergo in omni dispensatione puram et illaesam conscientiam conservamus, nihil (?) nostris utilitatibus attrahentes, veraciter fideles sumus. Hinc Bernardus¹²³: Revera fidelis es famulus si de omnibus bonis Domini tui nil tuis in omnibus adhaerere contingat. De tali dispensatione, Nehemiae IX¹²⁴ dicitur: „Invenisti cor eius fidele coram te, et percussisti cum eo foedus, ut dares ei terram Chananaei, Hethaei et” cuci (enei?).

Secundo: Dispensator bonus non solum debet esse fidelis, sed et prudens. Est autem prudentia, sicut dicit Seneca¹²⁵, per quam divina praeferimus terrenis, per quam dignitatem rebus non ex opinione, sed ex earum natura constitutum, ut quod (?) in dispensatione fidelitas ostendit sciamus (?) per prudentiam dispensare. Haec autem prudentia in tribus consistit: Primo, ut bonum malo, melius bono, optimum meliori praeponamus (!) et in omni dispensatione praeferatur. Haec enim faciens praeponit aeternitatem temporis, coelum terrae, spiritualia corporalibus, Deum rebus corruptibilibus, omnibus transitoriis aeterna. Secundum, ut si praelatus est, ante omnia sciat et velit lucrari animas, huic enim lucro nullum bonum praeferatur in hoc mundo; lucrum enim, quod in animabus acquiritur, est bonum infinitum, eo quod ipsa anima sit infinita iuxta illud // Proverborum¹²⁶: „Infinitus thesaurus in hominibus”. Quam prudentiam pater Benedictus¹²⁷, prudens dispensator, in regula manens ante omnia nec praelatus dissimulet aut parvipendat salutem animarum, sed in doctrina sua imitetur Apostolum, qui dicit: „Argue, obsecra, increpa”¹²⁸, misce duris blanda et blandis dura prout videbitur expedire.

¹¹⁹Non inv.

¹²⁰Pwt 6, 4.

¹²¹Por. Dn 6, 4.

¹²²Por. Syr 29, 3.

¹²³Por. Bernard z Clairvaux. *In Assumptione B. V. Mariae* (sermo III). PL 183, 423-425.

¹²⁴Ne 9, 8.

¹²⁵Seneca.

¹²⁶Mdr 7, 14.

¹²⁷Non inv.

¹²⁸2 Tm 4, 2.

Tertio, ut cum omnia in futurum reservantur incerta et nesciat >utrum< homo utrum homo amore vel odio dignus sit omnia (?) opera sua in humilitate sepeliat dicens: Servus inutilis ego sum quod et veritas dicit Lucis 17¹²⁹: „Cum feceritis omnia, quae praecepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus”. Tertius status est claustralium in vita contemplativa viventium, quae persona Mariae Magdaleneae figurata est; ad quem statum vel vitam quadruplici exercitio pervenitur, scilicet: Otio, silentio, auditu et desiderio, quae omnia legimus de Maria Magdalena; nam de eius otio et auditu dicitur ubi supra: „Maria secus pedes Domini sedens, audiebat verbum illius”¹³⁰. De secundo, scilicet de eius silentio, dicit Bernardus: „Vide praerogativam Mariae Magdaleneae, quae in omni causa Deum habet advocatum. Indignatur <siquidem> phariseus, conquaeritur soror, <etiam> murmurant discipuli; sed Maria tacet, et pro ea loquitur Christus”¹³¹. Quartum autem, scilicet desiderium, innuit Johannes, XI¹³², ubi dicitur Maria autem cum audisset, quia venerit (?) Iesus, occurrit ei et cecidit ad pedes eius, per quod desiderium eius designatur. Sic enim devoti claustrales cupiens (?) fungi officii magnitudine, per quod ad nobilem statum contemplationis valeant pervenire, praedictis quattuor se abilitent, ut discant: Vacare, tacere, audire et desiderare. Tunc autem Deo veraciter vacamus cum excluse tumultibus Deo per continuam misericordiam inhaeremus, sicut dicitur Thobiae, quarto¹³³: „Omnibus diebus vitae tuae, in mente habeto Deum”. Secundum abilitans nos est silentium cordis et oris ut si sive a superioribus corrumpimur, sive ab aequalibus contempnimur, sive ab inferioribus subannemur, semper clipeum patientiae teneamus, ut cum Job dicere possi // mus: „Nonne dissimulavi? Nonne silui? Nonne quievi? Et venit super me indignatio”¹³⁴. Tertio cum Maria Verbum Dei audiamus et omnia, quae audimus pro universalibus (?) exsequamur dicentes cum Psalmista¹³⁵: „Audiam quid loquatur in me Dominus Deus”. Ex quorum verborum virtute alii, liquescunt et a nobis penitus recedentes fluimus in Deum iuxta illud, Cant.: „Anima mea liquefacta est etc.”¹³⁶. Talis liquefactio est nobilis contemplatio. Quarto cum Maria vehementi desiderio occurramus delicata enim est talis delectatio ut nulli se tribuat nisi cum vehementi desiderio testante beato Bernardo, qui dicit: Oportet (?), quod ardor desiderii praeveniet omnem animam ad quam ipse est venturus, qui omnem consumat rubiginem peccatorum et sic locum praeparet domino et tunc sciat anima, quod iuxta est Dominus cum senserit se illo igne (?) succensam. Tali enim animae ita suspiranti et se prae desiderio affligenti occurrit Iesus sponsus animae, qui (?) est benedictio in saecula saeculorum. Amen.

¹²⁹ Lk 17, 10.

¹³⁰ Lk 10, 39.

¹³¹ Bernard z Clairvaux. In Assumptione B. V. Mariae (sermo III). PL 183, 422-423.

¹³² J 11, 32.

¹³³ Tb 4, 6.

¹³⁴ Job 3, 26.

¹³⁵ Ps 84, 9.

¹³⁶ Pnp 5, 6.

229v Tractatus de laude monasticae vitae Basilii vel Petri Damiani. Libet de monasticae vitae meritis pauca> 232r <de habitaculo carnis egressus ad domum perveniet non manufactam in caelis. Amen.

232v Contempnere.

Contempnere est attendere rem minus iusto. Alio modo est rem negligere et de ea non curare; et dum peccans habet circumstantias retrahentes, sed eas non curat advertere, claudit oculum quodammodo et vertit tergum ad eas. Tertio modo est irasci rei tamquam vili et eam aspernari. Contemptus primo modo est in peccato veniali. Secundus contemptus tam in peccato veniali quam mortali. Tertius numquam sit saltim deliberative absque mortali. Ex contemptu aliud est quam cum contemptu. Ex contemptu fit quando contemptus est principalis (?) causa talis actionis, sic, quod isto (?) non existente (?) non fieret actio. Cum contemptu autem quando contemptus non est in causa istius actionis, sed vel debilitas aut ignorantia aut vincosa et libidinosa affectio dominatur. Ex contemptu aut primo et secundo modo non semper sit peccatum mortale, sed tertio modo semper est peccatum mortale. Hoc enim fit quando peccans attendit ad praecipientem et ad praeceptum eius licitum et propter vilipensionem praecipientis sui praecepti assurgit effrenate ad actum faciendi alias (?) non facturus tamquam si dicat — ego in despectum vestri (?) et quia sic (?) praecipitis agam oppositum. Si religiosus contempserit regulam suam et superiorum auctoritatem etiam in hiis, quae appellamus monitoria et pro quibus sola disciplina ordinis statuta aut superioris est arbitrio derelicta, iste peccat graviter, quia et monitum contempnit et remedium. Itaque si passim et absque praetensio (?) qualislibet ignorantiae vel fragilitatis vel impotentiae modo (?), sed sola libidine transgrediendi quae monita sunt, religiosus effrenis est, ad omnia velut unus e saecularibus palam est quod contempnit, praesertim si super hiis ipse addiderit pertinaciam, quae retusat disciplinam, et sic talia sunt criminalia si contempnantur secundum Bernardum (?). Si autem ex fragilitate humana vel levi timorositate frangunt silentium vel agunt opposita hiis, quae monita dicimus paratus ad disciplinam, non dicimus habent (?) ex contemptu peccare, nec mortaliter nisi propter scandalum // ne scilicet novitii vel religio tota turbetur, scilicet ne negligendo mumiam (?) ipse religiosus rigor paulatim decidat. Et sic multa licent religiosi in occulto cum minori poena quae in publico non licent. Sic forte carthusiani absque peccato mortali in casibus multis possent uti carnibus si soli possent et eorum paratum esset subiacere ordinis disciplinae, quem tamen esum carniū compescere debet et formido scandali et aliorum prospectus. Et sic multi in monasteriis pro reparatione utuntur carnibus, sed extra propter scandalum non licet uti. Opera, etiam religiosorum, etsi fiant ex timore servili, ut solum evadetur disciplina regularis etiam adhuc sunt laudabilia nam iste timor servilis radicans est in filiali timore ex voto primo, quod ex caritate supponitur processisse nam vulneratus horret manum medici cum cedere doloribus postulat ut ligetur ipse ligatus et postmodum reclamat et nexus excutere sathagit, sanatur tamen et laudatur sibi quoque sua necessitas in iocunditatem ultroneam commutatur. „Qui vos spernit me spernit”¹³⁷, scilicet secundum ea, quae ad aedificationem officii praecipitis loco mei etc.

¹³⁷ Lk 10, 16.

- Miles quidam fideliter marchioni suo militando incidit infirmitatem, quem marchio visitando ait, quod pro eo etiam auro et argento non parceret si quomodo posset eum munerare. Qui miles gratias egit et suis comilitonibus ait: Brevi (?) videtis, quod dominus meus marchio, cui fideliter militavi, etiam si vellet in necessitate mea non potest me munerare. Sic corpus meum et servitium cum tempore vane consumpsi. Ideo precor vos ut tali domino studeatis servire, qui vos in necessitatibus vestris positos poterit munerare, videlicet creatori (?). Amen.
- 233v In illo tempore cum appropinquasset Iesus Ierosolimis [...] benedictus qui venit in nomine Domini¹³⁸.
Ex hoc Evangelio et sequentibus ostenditur, quod homines alio modo sint dispositi ex divinis motionibus et alio modo quando reliquuntur propriae naturae. Hic enim moti instinctu Dei Christo obviam veniunt et honorem impendunt, et postea nec ei hospitium dare voluerunt et sic extra civitatem ire fecerunt. Et declarat Evangelium occasiones ex quibus Iudei moti fuerunt ad occidendum eum. Et multa quae fidei sunt declarat de Christo Domino. Et quia Christus dixit: „Creditis in Deum et in me credite”¹³⁹, ostendens fidem in se esse hominibus necessariam ad salutem. Ideo ad praesens solum fiet sermo de fide quam de Christo habere tenemur si volumus consequi salutem nam de hoc Evangelium declarat.
- 234r Cum appropinquasset Iesus Ierosolimis. Hoc Evangelium declarat primo: Christum esse verum Deum et hominem> 236v <Ad quae nos perducatur Deus per saecula Amen. Heij Boszlowskij.
- 236v Septem data sunt sacramenta propter septemplicem laesionem peccati:
Prima laesio est originale peccatum, contra quam datur baptismus.
Secunda — mortale peccatum, contra quam datur poenitentia, quae delet omne mortale.
Tertia — veniale, contra quam datur extrema unctio, quae tollit ea (!).
Quarta — ignorantia, contra istam datur sacramentum ordinis in quo confertur (?) gratia et illuminatio, quae debet habere gratiam et scientiam discernendi inter venialia et mortalia et inter lepram et leprosum (!?) (leprosum?).
Quinta — malitia, contra quam datur sacramentum Eucharistiae omnis bonitatis.
Sexta — concupiscentia, contra quam datur sacramentum matrimonii in quo concupiscentia excusatur dummodo fit actus debitoris (?).
Septima — pronitas ad peccandum, contra quam datur sacramentum confirmationis ut videlicet homo non sit tam pronus ad peccandum aut possit nocivis resistere.
Contra laesionem peccati: Paenae — dantur tria prima sacramenta; Culpae — dantur alia quattuor.
- 236v Nota secundum summam doctorum communiter approbatam et in canonibus fundatam, quod laicus non habet claves ecclesiae et per consequens non potest quis a laico a peccatis absolvi> 236v <eo in mortis articulo non est peccatum (?)>.

¹³⁸ Mt 21, 1-9.

¹³⁹ J 14, 1.

- Contempnere est attendere rem minus iusto. Alio modo est rem negligere [...] 232v-233r.
- De quinque panibus hordeaceis. Notandum: Quilibet homo, qui ambulat in solitudine [...] 66v.
- Descriptio Christi. Legitur in Annalibus libris Romanorum [...] 61r.
- De salutatione Mariae notandum: Quaedam salutationes inveniuntur optativae salutis [...] 63r-63v.
- De timore. Notandum: Timor est multiplex, scilicet: Humanus, Naturalis, Servilis, Initialis et Filialis [...] 63v.
- In illo tempore cum appropinquasset Iesus [...] benedictus qui venit in nomine Domini. Ex hoc Evangelio et sequentibus ostenditur, quod homines [...] 233v.
- Longe est Dominus ab impiis, Prov. XX. Sicut ait Hugo, De Archa Noe in prohemio: Similiter etiam pagani [...] 69r-73v.
- Quidam clericus in synodo episcoporum [...] 92r.
- Quidam philosophus, vestem seu coronam [...] 92r.
- Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam aeternam. Sanctus Johannes, qui hausit haustum sapientiae [...] 64v-65v.
- Septem data sunt sacramenta propter septemplicem laesionem peccati [...] 236v.
- Septem sensus eleemosynae. Prima: Quam seipsi homo dat [...] 66r.
- Stantibus quinque conditionibus quilibet tenetur fratrem suum corrigere [...] 160v-161r.
- Venit iudicare terram, scribit in psalmo piissimus misereator [...] 151r-152r.
- Volens ad communionem sanctam accedere digne [...] 64r.
- Lotarius, qui post Innocentius tertius, libro De miseria conditionis humanae [...] 92r.

TEXTES ANONYMES DE L'AUTOGRAPHE DE JEAN KANTY (BJ 2372)

Résumé

La Bibliothèque Jagellonne de Cracovie possède quelques autographes de Saint-Jean Kanty, entre autres le manuscrit portant la signature BJ 2372. De même que les autres autographes de Jean Kanty (cf p.ex. le manuscrit BJ 325), le code BJ 2372 est un recueil de sermons, petits traités de théologie, discours universitaires et notes de tout genre. Dans la grande majorité des cas, Jean Kanty précise fidèlement ses sources et cite les auteurs auxquels il emprunte traités et sermons. Certains textes restent toutefois anonymes. L'on serait tenté de croire que certains de ces textes anonymes du manuscrit BJ 2372 sont les textes propres de Jean Kanty; ce qui autorise une pareille supposition c'est qu'ils portent le caractère d'annotations et de réflexions relatives aux lectures du moment ou aux fêtes et cérémonies du culte. Cette considération justifie l'effort entrepris en vue de l'édition de ces textes anonymes qui peuvent être une source précieuse pour les chercheurs que la personne et l'oeuvre de Jean Kanty intéressent tout particulièrement. L'intérêt s'est effectivement accru après la récente découverte du prof. Zathey qui retrouva à Rome les manuscrits perdus en 1728 lors de la canonisation de Saint-Jean Kanty.